Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8336
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



102

computata · Tam sunt autē sensus hominis: et etas senectutis
uita immaculata · Placens deo factus dilectus: et uiuens inter
pecatores translatus est · Raptus est ne malicia mutaret in
tellectum eius: aut ne ficta deciperet animam illius · Consumma
tus in breui: expleuit tempora multa · Placata enim erat deo:
anima illius · Propter hoc festinauit educere illum de medio iniqui
tatū: qm̄ gracia dei et misericordia est in sanctos eius et respectus
in electos illius · Sapie

Iustum deduxit dominus p uias rectas · et ostendit illi regnū dei:
et dedit illi scientiam sanctorū · Honestauit illum in laboribus:
et complenit labores illius · In fraude curū uenientiū illum affluit:
et honestū fecit illum · Custodiuit illum ab inimicis: et a seduc
toribus tutauit eum · Et certamen forte dedit illi ut uinceret:
et sciret qm̄ omnium potencior est sapiencia · Hic uenditum
iustum no deseruit: sed a peccatoribus liberauit eū · Descendit
q̄z cum illo in foueam: et in uinculis non deseruit illū · donec
afferret illi sceptrū regni · et potenciam aduersus eos · qui eum de
primebant · Et mendaces ostendit: qui maculauerunt illū · Et
dedit illi claritatem etnam · dns ds in · Sapie

Beatus homo qui inuenit sapienciam: et qui affluit pru
dencia · Melior est acquisicio eius negociacione argenti et
auri: primi et purissimi · Fructus eius pecociior est cunctis
opibus: et oma que desideranturur. huic nō ualent comparari ·
Longitudo dierum in dextera eius: in sinistra illius diuicie et
gloria · Uie eius uie pulchre: et omnes semite illius pacifice ·
Lignum uite est his qui apprehenderint eam: et qui tenuerit
eam · beatus · Dominus sapiencia fundauit terram: et stabiliuit
celos prudencia · Sapiencia illius eruperunt abyssi · et nubes ro
re concreuerunt · Sapie ·

Sapienciam omnium antiquorum exquirit sapiens: et in
prophetis uacabit: et in uersuciis parabolarū simul in